Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

qui in singulis reddituruse iuxta opera sua.
Ideoq; nolite morari in terra ne inuoluamini pœnis
miserorum. Et ascenderunt in celum in nube & uide
runt illos inimici illorum. Legimus in euangelio quod dns
in nube ueniturus sit ad iudicium. Sic enim dicit uis
angli testes illius ascensionis. Hic iste qui assumptus
est a uobis in celum sic ueniet quemadmodum uidistis
eum euntem in celum. Idem in eadem carne & nube. Sicut
quoque xpus ueniturus est in nube tota & omnis sei. Vnde ipse
dns. Tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubi
bus cum potestate magna & maiestate. Vnde apls
dicit. Nos autem qui uiuimus rapiemur in nubibus obuiam
xpo in aera & sic semp cum dno erimus. non in aere sed
in celo. Quod siquis hanc sententiam Paulli inuenis
inquirit qualiter generalis primo homini illata
compleatur sententia quia illi dixit ds. terra es & in
terram ibis. scire debet ueram esse & di & Paulli senten
tiam. quia & uiui reperientur homines. ex quorum
psona hoc apls loquitur. & tamen scire debes. quia
ut beatus augustinus dicit. in ipso raptu nubium
& si momentanea morte tamen gustabunt. In
terra ergo reuertentur quia hoc est corpus in terra
reuertitur. quod est exeunte anima remanere corpus. quod
utique terra est. Itaque securi dicimus quia in momento
& in ictu oculi in ipsis nubibus spm uite accipient
hii qui in aduentu dni uiui reperientur. in quibus
ut dictum est & momentanea morte gustabunt.
Impii quippe remanebunt in hac terra. electi au
eleuabuntur ad glam. in qua & inimici illorum cus